

**De sancto****Moyse**

abbati Hilario carnes daret. ille ait Ignosce mihi quod ex quo accepi habitum hunc non manducaui quicquam occisum. Cui episcopus. Et quod accepi habitum hunc non dimisi aliquem mortuum qui aliquid aduersus me haberet. nec mortuum mihi habens aliquid aduersus aliquem. Cui ille. Ignosce mihi quia meliores quam ego.

**C**olens Johannes ad similitudinem angelorum nihil operari. sed deo sine intermissione vacare. seipsum expoliavit et unam ebdomadam in heremo fecit. Cuius autem fame periclitaretur et aculeis muscarum et vesparum tomis vulneraretur. reuersus ad hostium fratris sui pulsauit. Ad quem ille. Quis es tu. Et ille. Ego sum Johannes. Frater autem dixit ei. Nequaquam. Johannes enim angelus factus est. et inter homines ultra non est. Et ille. Vere ego sum. Et non aperiens ei dimisit eum affligi usque mane. Postea aperiens dixit. Si homo es. opus habes. Iste operare ut piscaris et uiuas. Si autem angelus es quod queris intrare in cellam. Et ille dixit. Ignosce mihi frater quia peccauit. Cum autem moreretur rogauerunt eum fratres ut aliquod uerbum salutare et compendiosum loco hereditatis sibi relinqueret. Qui ingemiscens ait. Nunquam feci propria uoluntate. nec aliquid docui quicquam quod prius non fecerim. **Hec in uita patrum.**

**De sancto Moyse abbate.**

**Moyse abbas**

**D**ixit fratri petenti a se sermonem. **S**ede in cella tua et docebit te uniuersa. **C**um quidam senex infirmatus in egiptum ire uellet. ne fratres nimis grauaret. dixit ei abbas Moyse. **N**on uadas quoniam in fornicationem casurus es. **Q**ui contristatus dixit. **M**ortuum est corpus meum et tu mihi ista dicis. **C**um ergo uiuisset et quedam uirgo ex deuotione sibi seruiret ille conualescens eam uiolauit. **Q**ue cum filium peperisset senex puerum in uulnibus accipiens in die magne festiuitatis que erat in sancti ecclesie coram multitudine die festiuitatis intrauit. **C**uius autem omnes heredes

dixit. **V**idetur infantem hunc. **F**ilius est. **I**n obedientie. **C**auete ergo uobis fratres. quia in senectute hoc feci et orate pro me. **E**t postquam ad cellam ad pristinum statum reuersus est.

**A**liquis senex cum dixisset alteri. **E**go mortuus sum. ille ait non confidas uite donec exeras de corpore. **N**am si dicis quia mortuus es sathanas tamen mortuus non est. **C**ui frater quidam peccasset miserunt ad abbatem Moysem qui accepta sporta plena arena uenit ad eos. **Q**uem cum fratres quidnam hoc esset interrogarent. dixit. **P**eccata mea sunt post me currentia et non uideo ea et ueni hodie arena iudicare peccata. **I**lli autem hoc audientes frater pepercerunt. **S**imile legitur de abbate priore. **M**an cum fratres de quodam fratre culpabili loquerentur ille tacebat. **C**um autem accepisset sacculum plenum arena retro et de eadem arena modicum ante ferret. interrogatus quid hoc esset dixit. **M**ulta arena sunt peccata mea que post me ferent ipsa non confidero. nec pro eis rogo. **N**odica de arena sunt peccata fratris ante me posita que sepe confidero et ipsum iudico. cum tamen peccata mea ante me sepe portare deberem et de ipsis cogitare et pro ipsis deum rogare.

**M**oyse abbas Moyse sanctus fuisse clericus et episcopus ei imposuisset superbia herale. dixit ei episcopus. **A**bbas factus candidatus es. et illi. **A** foris uocamine papa. haud intus. **C**olens autem episcopus eum probare. dixit clericis suis ut quando ad altare accederet. ipsum cum iniuria expellerent. deinde eum sequentes quid loquerentur audirent precipientes ergo eum foras dixerunt. **E**ri foras ethyops. **Q**ui egrediens dicebat. **B**ene tibi fecerunt cinerata et calcabate. quia cum homo non sis quare te in medio hominum dare presumpsisti. **Hec in uita patrum.**

**De sancto Arsenio.**

**A**rsenius cum ad huc in palatio manserit et ut ad salutem dirigeretur oraret audiuit Arsenium fratre homines et saluaretis. **A**ccedens igitur